



**Het Paradys der Geestelijcke ende Kerkelijcke  
Lof-sangen/ op de principaelste Feest-daghen des  
gheheelen Jaers**

**Afhakker, Aegidius**

**Herzogenbusch, 1621**

Psalmus 110.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55072](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55072)

Gloria Patri, & Filio : & spiritui sancto.  
Sicut erat in principio, & nunc, & semper: &  
in sæcula sæculorum, Amen.

Psalmus 110.

**C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo:  
in consilio iustorum , & congregatione.  
Magna opera Domini: exquisita in om-  
nes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus : & iu-  
stitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilem suorum, miseri-  
cors & miserator Dominus: escam dedit timen-  
tibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui: virtu-  
tem operum suorum annuntiabit populo suo.

Vt det illis hereditatem gentium: opera ma-  
nuum eius veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in  
sæculum sæculi : facta in veritate & equitate.

Redemptionem misit populo suo : mandauit  
in eternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus : initium sa-  
cientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus cum:  
laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Gloria Patri, & Filio.